

factis, et protinus habituros. Nichilominus eos ortamur, quod circa sedationem et reformationem prouisorum cum honore nostro et bono statu insule, et tutela nostrorum fidelium, intendant sollicite et prudentes prout nulatenus dubitamus.

30 Super facto uero equorum requisitorum per ipsos, respondeatur eisdem, quod sicut ipsi sciunt, non est ad presens tempus habile recuperandi equos hujusmodi, sed in processu temporis si et sicut foret necessarium ad id et ad alia omnia intendere et uigilare disponimus, que conseruationem dicte insule nostrorumque fidelium de inde, quos habemus preceteris cariores respiciant et augmentur.

35 Rescribatur etiam rectori Canee, ut uidebitur suam fidelitatem comendando et ortando prout uidebitur conuenire.

Preterea scribatur illis filiis domini Alexij, qui de suo bono gestu et fideli commendando eosdem et eos ad fidei nostre, perseuerantiam et constantiam forcior animando et nostram gratiam sibi uberius promittendo, cum uerbis que ad
40 hec conueniencia apparebunt. Et similiter scribatur alijs de inde, si et sicut utilius apparebit.

¶ 30^{to} Ceterum propter aliqua uerba scripta per rectorem Canee quod sue intentionis erat cambire filium illius Varde, que tenet pro nostris, quos tenet ille Varda, scribatur ipsis duche et consiliarijs et dicto rectori quod non est nostre intentionis, nec uoluntatis quod ille perseuerante in rebellionem cambium huius modi fiat.
45

Quod armetur ista galea quam sollicite fieri potest, hic uel Sibinici et Tragurij, ut uidebitur et melius fieri poterit. Et mittatur secundum consilium sapientium et prouisiones ultrascripte.

Quod elongetur terminus istis sapientibus Crete ad huc per duos menses,
50 cum conditione cum qua fuerunt electi.

8

Ἐπειδὴ ἡ ἐπανάστασις κατὰ τὰς ἐπιστολάς τοῦ Δουκὸς Κρήτης καὶ τοῦ ρέκτορος Χανίων εὐρίσκεται ἐν ἀκμῇ, λαμβάνονται νέα μέτρα πρὸς καταστολὴν αὐτῆς.

1^{ον} Τὸ διαταχθὲν νὰ μεταβῇ εἰς Κρήτην κάτεργον προκειμένου νὰ παραλάβῃ διακοσίους ἀκόμη κωπηλάτας, οὗτοι ὀφείλουσι νὰ εἶναι βαλλιστάριοι.

2^{ον} Τὰ δύο κάτεργα τὰ ἐξοπλισθέντα ἐν Κρήτῃ, προσριζόμενα διὰ τὴν κατὰ τῶν Τούρκων συμμαχίαν, νὰ χρησιμοποιηθῶσι πρὸς καταστολὴν τῆς ἐπαναστάσεως. Δίδονται ὁδηγίαι διὰ τὴν χρησιμοποίησιν τῶν πληρωμάτων.

3^{ον} Εἰς αἴτησιν τοῦ Δουκὸς καὶ τῶν Συμβούλων περὶ ἀγορᾶς ἵππων ἀπαντᾶται ὅτι πρὸς τὸ παρὸν δὲν εἶναι δυνατόν.

4^{ον} Ὁ Δοῦξ καὶ οἱ Σύμβουλοι Κρήτης νὰ ἐξετάσωσι τὰ αἷτια τὰ προκαλέσαντα τὴν ἐπανάστασιν καὶ νὰ μελετήσωσι τὸν τρόπον τῆς καταστολῆς. Ἐπίσης νὰ ἀναφέρωσι περὶ τοῦ φρουρίου Σελήνου καὶ ἂν τοῦτο ἀνηγέρθῃ ἐκ νέου.



5ον Ἐπίσης ὅλοι οἱ ρέκτορες Κρήτης νὰ πληροφορήσωσι τὰ ἀνωτέρω καὶ νὰ ἐκφέρωσι γνώμην ἐπὶ τοῦ προκειμένου.

6ον Ἐξουσιοδότησις συνάψεως δανείου. Νὰ γράψωσι δὲ εἰς Βενετίαν πρὸς ἀποστολὴν χρημάτων διὰ τὴν πληρωμὴν τῶν μισθῶν τῶν βαλλισταρίων, ἐὰν νομίζωσι τοῦτο ἀναγκαῖον. 1333, Ὀκτωβρίου 14.

33^r N^o 248. Millesimo trecentesimo XXXIII, die XIII Octubris.

Intellectis litteris que uenerunt de Creta tamen hijs quas rector Canee ultimo missit, quam illis quas duca Crete post modo destinavit per quas quidem apparet conditio rebellionis insule plus accrescit.

Consulunt sapientes, scilicet, Domini Johannes Gradonico, Justinus Justinianus, Petrus Cornario, Johannes Fuscarenus et Johannes Uenerio, quod sollicitetur armari galeam ituram in Cretam de qua pridie captum fuit in Rogatis, hoc modo, quod cum sint pro dicta galea hucusque soldizati aliqui homines de remo residuum hominum accipiendorum pro armamento ipsius qui sint usque ad numerum de ducentum, sint et esse debebant omnes ballistarii, qui quidem accipiantur, quam melius et cauterius fieri poterit pro bono comunis, et teneantur remigare. Et cum ipsa galea mittantur arma, et reliqua omnia per primas litteras duche requisita. Et uadat ipsa galea in bona fortuna quam cicius esse potest directe in Cretam. Et si eundo comode ipsam contingat capere ad Caneam, ibidem deponat de dictis manganellis, duas uel ultra ut uidebitur rectori deinde et reliqua omnia, ad ducam et suos consiliarios conducat.

Et scribatur ipsius duche et consiliarijs, eosdem de fide et solitudine ut conuenit commendando qualiter nos uigillantes ad conseruationem insule et tutelam sibi mittimus omnia prelibata, non intendentes deficere ullo tempore in aliquo necessario ad salutem et protectionem nostrorum deinde fidelium, et ad reformationem insule prelibate. Et propterea etiam nos ordinauimus, sique captum sit, quod due galee armate in Creta pro unione cum gentibus ipsarum ad propterea reuertantur, ad nil aliud habentes respectum. Et credimus quod ipse gentes galearum utiliter sufficere poterunt et pro custodia castrorum que iam ut nobis semper seruunt furnite sunt et aliter ut fuerit opportunum. Et quamquam hoc credamus sufficere ut pro nunc nichilominus quare abundans cautela non nocet, armari fecimus presentem galeam cum ducentis hominibus inter quos sunt ballistarii in quantitate suprascripta. Et si ipse galee et balistarijs et gentibus egerint, relinquimus in sua libertate, ut considerato statu insule prelibate, et habito respectu etiam ad expensas maximas, quas undique substinemus et substinere nos oporteret in futuro et propter rebellionem predictam retinere possint predictos omnes tamen ballistarios, quam homines a remo, et partem ipsorum, et galeam etiam, et remittere Venetijs ipsam galeam cum toto, uel parte predictorum, sicut eis pro conseruatione sua et bono negotij necessarium apparebit.

35 Rescribatur quoque predictis duche et consiliarijs, quod sicut cognoscere possunt, nec tempus, nec conditiones istarum partium patiuntur ad presens, equites nec equos protinus inuenire, uerum tamen quia ista negotia ipsarum partium nobis sunt cordi preteritis Ex nunc deliberamus per omnem modum inuenire equis pro futuro proximi tempore. Et ipsos si et sicut opportunerit illuc mittere
40 pro bono statu insule prelibate. Et ideo ipsi tamquam prudentissimi, et solliciti hortentur et uigilent ad ea ut speramus que sint nostri honoris et status insule supradicte.

 Scribatur etiam eisdem duche et consiliarijs, quod prudenter inuestigent et inquirant de conditione et qualitate huius rebellionis, et quomodo prouidere uti-
45 liter posset pro nostro honore, ut cesset ipsa rebellio et in statu pacifico reducta insula, ualente conseruari, et etiam de facto castri Selino quid foret agendum, et si esset de nouo construendo* et quomodo quicquid inuenerit et suum consilium nobis solícite et distincte debeant denotare.

 Scribatur similiter alijs nostris rectoribus, quod inquirant et informant se de
50 predictis et nobis scribant quid inuenerint et suum consilium super inde ut supra dictum est.

 Replicentur preterea litterae alias scriptae, et misse per barcham ut fuitur expediens, et commissio accipiendi mutuo duche et suis consiliarijs. Et si uideatur dominio de hinc mittere pecuniam propter respectum soldi ballistariorum, si
55 contingat quod aliqui ibi debant remanere, in hoc prouident sicut placet.

9

Ἐξουσιοδοτεῖται ὁ Δόγης, οἱ Σύμβουλοι καὶ οἱ πρόεδροι τῶν 40 νὰ προμηθευθῶσι ὅπωςδῆποτε ἵππους καὶ νὰ ἀποστείλωσιν αὐτοὺς εἰς Κρήτην. 1333, Ὀκτωβρίου 14.

F^o 33^r N^o 249. Millesimo trecentesimo XXXIII, die XIII Octubris.

 Quod dominus, consiliarij et capita habeant libertatem per omnem uiam que sibi melior uidebitur, faciendi inquiri equos et inuenire in illa quantitate que uide-
5 bitur, possendo propterea scribere, committere et expendere, ut fuitur opportunum.

10

Πρὸς σωτηρίαν τῶν Χριστιανῶν τῆς Ρωμανίας νὰ γίνη προσπάθεια, ὅπως ὁ καπετᾶνος τῆς ἐνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων ἐνεργήσῃ, εἰς τρόπον ὥστε ἡ ἐνωσις αὕτη νὰ καταστῇ διαρκής, ὑπογραφομένης πενταετοῦς συνθήκης. Δίδονται ὁδηγίαι πρὸς τοῦτο. Σκοπὸς τῶν Βενετῶν, ὡς ἐμφαίνεται ἐκ τοῦ θεσπίσματος, εἶναι ἡ ἀποτροπὴ τοῦ κινδύνου τῆς ἀπωλείας τῆς Εὐβοίας. 1333, Ὀκτωβρίου 16.

F^o 33^{to} N^o 250. Millesimo trecentesimo XXXIII, die XVI Octubri.

* G. Gerole Monumenti κτλ. Τόμος Α. Μέρος Ι σ. 233, σημ. 3.

